# ACTA CAPITULORUM PROVINCIAE HIBERNIAE SACRI ORDINIS PRAEDICATORUM

## 1669 - 1688

edited by

HUGH FENNING O.P.

Doct. en Sc. Hist.

Dominican Priory, Tallaght

271.29415

# ACTA CAPITULORUM
# PROVINCIAE HIBERNIAE
# SACRI ORDINIS PRAEDICATORUM
## 1669 - 1688

edited by

HUGH FENNING O.P.

Doct. en Sc. Hist.

Dominican Priory, Tallaght



**Dominican Order - Irish Province**
Acta Capitulorum Provinciae Hiberniae ..
FENNING, Hugh, O.P. (ed.)
0204805
Lib.: DUB.............Class: 271.29415

# Contents

Introduction ........ v

1669 Elective Chapter at Athenry ........ 1

1672 Intermediate Chapter at Mullingar ........ 11

1678 Elective Chapter at Roscommon ........ 17

1682 Elective Chapter at Roscommon ........ 28

1685 Special Chapter at Roscommon ........ 39

1686 Intermediate Chapter at Mullingar ........ 50

1688 Elective Chapter at Lorrha ........ 58

Some Latin Placenames ........ 71

Index ........ 73

# INTRODUCTION

One should perhaps begin by explaining some technical terms. Within the Dominican order, or more correctly the order of friars preachers, the supreme legislative body is the general chapter to which the various provinces, corresponding to nations or regions, send elected representatives. The decisions of these general chapters are styled "acta" or acts, by an old usage of that word still current also for "acts" of parliament. On a lower level, each Dominican province holds its own chapters and issues its own acts to legislate for local needs. Provincial chapters in Ireland, unlike provincial synods, legislate for the entire country, since the Dominicans have houses in each of the four civil or ecclesiastical provinces. Such chapters are usually held every four years to elect a prior provincial or national superior. Halfway through the provincial's term of office, it is customary to hold an intermediate or "middle" chapter to regulate minor affairs.

The Franciscans have not only preserved but published an almost unbroken series of their own Irish chapter legislation from 1629. The Irish Augustinians, although a much smaller group, have preserved though not as yet published similar capitular documents from 1649. In this respect the Irish Dominicans have been either unfortunate or neglectful, for while they held provincial chapters in Ireland from at least as early as 1627, and even printed the chapter acts of 1629 at Louvain, no such document earlier than that of 1669 is known to survive. Some at least of these earlier texts will no doubt come to light in time, but in the meanwhile there is much to be said for printing the seven chapter acts (1669-1688) now known to exist. This series is in itself incomplete, nor are there any later texts until 1720, from which time an unbroken series of chapter acts has been preserved.

Of the seven texts presented here, only two have been properly printed before. The chapter acts of 1678 and 1682

were edited from a manuscript volume in Trinity College, Dublin, by Gearóid Mac Niocaill in *Seanchas Ardmhacha,* vol. 3, no. 1 (1958), shortly after Mr William O'Sullivan, then keeper of manuscripts, had drawn my attention to the volume in which alone these acts survive. The other five are to be found only in Dominican archives at Rome, either at Santa Sabina (AGOP) or San Clemente (SCAR). They too were published at Limerick in 1878 by Fr Michael Costello O.P. with the encouragement of the then provincial, Fr James J. Carbery. Strictly speaking, this was a manuscript transcript reproduced by lithographic process. Copies of the volume are quite rare, the text somewhat cramped and impenetrable, while the transcriber, Father Costello, was somewhat less familiar with seventeenth-century manuscripts than with the medieval Annates for which he is gratefully remembered. Besides, and the point is of no small importance, the so-called "Carbery Lithograph" appeared without an index.

With respect to the manuscripts on which this edition is based, the first chapter acts (1669) survive in three forms. I have used the only one which bears the original signatures of the provincial and definitors, adding or correcting some minor details from a copy (ms.B) in the same volume (AGOP XIII. 68095) at Santa Sabina, and from a second contemporary copy in two hands (ms. C) at San Clemente, now classified in the archives there as SCAR, no. 19, doc. 10, pp. 1-10.

The acts of 1672 also occur in three states, and here again our basic text from Santa Sabina bears the original signatures of the provincial and definitors. The two copies are intimately related to mss B and C of the chapter acts of 1669. In this case, ms. B of 1672 is in the same hand as that which began ms. C of 1669, and is now classified as SCAR, no. 19, doc. 10, pp. 11-17. Ms. C is in the same neat hand as ms. B of 1669, and indeed immediately follows that text on the same page at Santa Sabina in the unfoliated volume AGOP XIII. 68095.

The acts of 1678 and 1682, already mentioned above, are unique copies, now to be found only in TCD, ms. 851, a volume once in the possession of John Reynolds O.P., secretary to the chapter of 1678 and associate of the controversial Franciscan

Peter Walsh. The acts of 1678 are simply a copy without a seal. Those of 1682 carry original signatures and the paper seal of the province. On checking Mac Niochaill's edition against the originals, no more than one or two slight errors came to light.

For the three remaining chapters of 1685, 1686 and 1688, one must return to Santa Sabina and AGOP XIII. 68095 where there is a single copy of each, all three fortunately bearing the original signatures of the appropriate officials. The chapter of 1685 differs from all the others in that it was neither elective nor professedly intermediate. The chief purpose of the meeting was to elect representatives to attend a general chapter at Rome in 1686. The fact that the provincial was too sick to travel made the holding of such a chapter all the more necessary.

All additions and corrections of the texts are given within square brackets. As for abbreviations, the use of capital letters and the lay-out of paragraphs in which several names occur, I have taken as many liberties as seemed likely to help the reader.

With regard to the content and value of these chapter acts the reader may best judge for himself. Like the Franciscan "chapter bills", they are chiefly of biographical value; and yet, unlike the Franciscan texts, they shed considerable light on how the friars of the late seventeenth-century were expected to live, work and pray. The "suffrages for the living", to give but one example, precisely identify the host of noble and/or wealthy patrons on whom Dominicans in every corner of the country depended for protection or support.

At all events, the reason for this publication is simply to preserve and make accessible what might so easily be lost. Should it lead to the discovery of other, and even earlier chapter acts, so much the better. I am indebted to the Board of Trinity College, Dublin, and to the archivists of Santa Sabina and San Clemente for permission to publish these documents; to Brothers Martin Cogan and Joseph O'Brien for "technical assistance" in printing the booklet; to Brother Konrad Boyle of Santa Sabina for obtaining at short notice a

copy of the acts of 1686; and to Fr Thomas Jordan, prior provincial, for underwriting the venture.

Hugh Fenning O.P.,
St Mary's Priory,
Tallaght,
3 May 1989.

# 1669

*Acts of the elective provincial chapter held in the convent of Athenry, 16 to 20 November 1669 [ms. AGOP XIII. 68095].*

Acta capituli provincialis provinciae Hiberniae sacri ordinis praedicatorum celebrati in conventu nostro Athenryensi eiusdem ordinis et provinciae die 16 Novembris 1669 sub eximio p.m.f. Constantino Kieffe dictae provinciae tunc electo priore provinciali, sub ipso diffinientibus a.r.p.f. Felice O Connor praedicatori generali, a.r.p.f. Geraldo Dillon sacrae theologiae bacalaureo ac priore Mullingeariensi, r.a.p.f. Taddeo Birraga sacrae theologiae praesentato et priore Lothensi, et r.a.p.f. Thoma Mahon priore Gaulensi.

## DENUNTIATIONES

1°. Denuntiamus a.r. ac eximium p.m.f. Constantinum Kieffe fuisse in hoc nostro capitulo canonice electum in nostrum caput ac priorem provincialem et iuxta Romanum capitulum celebratum 1644 coepisse exercuisseque statim suum officium et iurisdictionem.

2°. Denuntiamus in eodem capitulo in generalis capituli proximi diffinitorem fuisse electum r.p.f. Joannem Connor alias de S.to Dominico [et] in eiusdem socium et electorem p.f. Dominicum de Burgo, Mediolani haerentem.

## ORDINATIONES

A Dominica domo prout decet incipientes ordinamus quod in posterum fratres nostri in alba, mappis, ceu toballeis, et corporalibus nitorem, ac numerum a rubrica requisitum, sicut et reliqua ab eadem petita cum omni possibili decore, et munditia observent.

Volumus in singulis nostris conventibus et residentiis illas Sanctissimi Rosarii, ac Nominis Jesu confraternitates ordini nostro tam innatas, et indultas erigi amodo et ut eaedem in fideli populo fecundis successibus, iugique incremento frondere, florere ac fructificare pergant; cupimus firmiter in quolibet conventu conservari confraternitatis librum in quo fideles inscribi possint.

Iniungimus stricte quibuscumque conventuum praesidentibus ut quanta sub his temporibus poterunt subtilitate, ac solertia quaqua arrepta opportunitate inquirant de quoquo fundo, aut perpetuo offertorio, ad suum conventum olim spectantibus, de antiquis pariter eiusdem conventus scripturis, patronis, benefactoribus, ac limitationibus.

Mandamus stricte inter nostrates et pastores Abrahae ac Loth unitatis ac charitatis vincula observari cum consueto affectu, et omni debito respectu erga antistites et parrochos, abstinendumque esse ab omnimoda contentione, comparatione, aut iurgiis cum illis, aut ullis extra ordinem personis, et quod sacerdotes nostri omnes et nondum theologi in posterum non excipiant confessiones, nisi praevio trium theologorum de triennio in triennium stricto et rigoroso examine faciendo ter in novennio. Declarantes non licere eisdem aut nondum graduatis celebrare nisi ad intentionem sui prioris ceu praesidentis pro tempore, cui in professione omnes suos actus voverunt.

Declaramus in quolibet conventu seu residentia servari debere ac exerceri librum receptorum et expositorum, activorum ac passivorum, communium ac particularium debitorum, eaque singulis duobus mensibus ad invicem comparari, praecipientes in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, necnon sub formali praecepto universis curae nostrae subiectis ut in posterum debita non contrahant, contractaque prima arrepta occasione ex propriis acquisitis solvant, pro nulloque saeculari aut extraneo spondeant, absque sui superioris toties quoties petita licentia et obtenta.

Ordinamus et sub pari censura strictissime prohibemus nostris, curam parrochialem aut eiusdem substitutionem sub

quocumque praetextu, absque expressa et scripta provincialis licentia toties quoties, et hoc sub poena suspensionis quibuscumque non obstantibus durante nostro regimine observari volumus.

Ordinamus pro futuris temporibus, prout Romae 1644, ut fratres nostri in quibuscumque suis differentiis circa conventuum limites et controversiis, non ad alios ex nunc recurrant quam ad causarum judices in suis respective provinciis a nobis hic denominatos, eorumque iudicio ac decisioni absque ulteriori cunctatione aut replica sese actutum submittant, harum serie nostrique officii authoritate in iudices causarum Conaciae nominantes ac creantes a.r.p.m. Joannem Hairt et a.r.p. priorem Roscomanensem pro tempore;

pro Momonia, a.r.p.f. Guillielmum Rian priorem Limericensem et P. Richardum Kint priorem Corcagiensem;

pro Lagenia, a.r.p.f. Geraldum Dillon sacrae theologiae baccalaureum ac priorem Mulingeariensem, et a.r.p.f. Joannem O Berne priorem Tremensem;

pro Ultonia, a.r.p.f. Eugenium Coigly praedicatorem generalem, et a.r.p.f. Dominicum Lorinan, Villaenovae priorem;

cum plenaria potestate iuridice citandi, audiendi, ac diiudicandi alterutrum litigantium; in casu porro quo contingat deputatos iudices inter se altercari, aut cum tertio, posse ac debere lites defferre ad duos viciniores aut magis indifferentes priores quos amodo pariter authorizamus ad easdem audiendas et decidendas.

Et ut Lovaniense et Ulisiponense Collegium debitam informandis [ms. B: *in formandis;* ms. C: *in firmandis*] ac succedendis officialibus normam induant, ordinamus amodo ut dictorum collegiorum artium lectores sint in posterum biennales, regentes seu theologiae professores quadriennales, et magistri studentium triennales, eorum rectores ceu praesidentes in posterum polleant authoritate vicarii provincialis in amovendis aut recipiendis dispersis nostris filiis iisque quibuscunque promovendis ad sacros ordines,

novitiis insuper conversis ad habitum recipiendis, et cum ultimis in dispensando uno anno quoties opus est, in admittendis, recipiendisque sacris, aliisque offertoriis etiam perpetuo obligantibus, recipiendisque nomine nostro bonis, ac reliquis quorumcumque nostrorum filiorum qui etiam extra illorum collegia moriantur [ms. B, C: *morantur*], citra praeiudicium tamen conventuum quorum sunt nativi. Et de ultronea nostra gratia inter utrumque dictum collegium pro subsidiolo equaliter distribuimus quatuor millia sacrorum quae mox pro illis persolvere intendimus.

Ordinamus insuper ut superstite mortuo aut amoto patre provinciali pro tempore in posterum sub tot procellis sufficere ad eligendum suum successorem capitulariter, nomine et authoritate absentium ex qualibet quatuor provinciarum comparere nonnullos, declarantes ipsi patri vicario non licere pauculos illos comparitores seligere, sed debere universim reliquos vocales, cum mentione diei, horae et loci citare, ut si non personaliter, saltem litteraliter apud reliquos sese excusent.

Denique ordinamus universis nostris fratribus quotannis die 26 Augusti sub toto duplici et memoriali octava recitare de B.ta Rosa nostri ordinis tertiaria, hoc gratiose approbante Sanctissimo D.no nostro Clemente Nono. Item sub pari solemnitate die 14 Novembris de S. Laurentio Dubliniensi archiepiscopo, et 15 eiusdem de nostro B.to Alberto Magno.

## DECLARATIONES

Declaramus r.a.p. Geraldum Davok a rev.mo p. generali fuisse institutum magistrum, ac prout talem nos eum hic acceptasse, sicuti et a.r.p. Geraldum Dillon priorem Mullingearensem, et p.f. Tadeum Berregra priorem de Lorha, iamdudum a rev.mo p. generali iuridica ac scholastica via rite ac provide bacalaureatos eos tanquam tales acceptamus et palam declaramus.

Item r.a.p. Joannem Hairt promovemus ad magisterii gradum ad instantiam nostri r.mi p. generalis.

Item r.a.p. praesentatum Henricum Burgett ad magisterii

gradum amodo promovemus.

Ad petitionem etiam tot gravium ac fide dignissimorum patrum capitularium via scholastica ad magisterii gradum unanimi ac libenti calculo promovemus a.r.p.f. Joannem Berne qui in Pragensi et Lovaniensi universitate pluribus annis professus est publice theologiam, et a septennio hic non tam laboriose, quam fructuose et gloriose Roscomanensem et Tremensem conventus decoravit recipiendo et formando ibidem tot ingeniosos ac probos juvenes ad sacri ordinis nostri habitum.

Item in magistrum promovemus r.p. Eugenius Coigly dudum praedicatorem generalem.

Item ad bacalaureatus gradum rite promovemus p.f. Raymundum Poerium dudum philosophiae ac theologiae professorem.

Item r.p.f. Thomam Tully qui lectoris ac magistri studentium munus exercuit et exercet.

Item ad praedicaturam generalem pro nativo suo conventu Dubliniensi r.p.f. Michaelem Foyllan [ms. B, C: *Fullan*].

Item p.f. Josephum Cearoll pro Arclo.

Item r.p.f. Geraldum Ferail pro nativo suo conventu Longfordensi.

a.r.p.f. Guillielmum Ryan priorem Limmeresensem pro eodem.

r.p. lectorem Dionisium McCrath pro suo nativo conventu Killosensi.

a.r.p.f. Geraldum Gibbun pro Gleannurensi.

pro Corcagiensi, a.r.p.f. Richardum Kint [ms. B, C: *Kent*] eiusdem conventus priorem.

pro Casseliensi, r.p.f. Patritium Henebri dicti conventus priorem.

et pro Lorrhensi, r.p.f. Morganum Kynedy.

Item pro Athenriensi conventu, r.p.f. Tadeum Daly, illiusque sui nativi conventus dignissimum priorem.

pro Purtomnensi, r.p.f. Richardum Maddin dudum artium ac theologiae lectorem, et modo Roscomanensis coenobii priorem.

pro Galviensi, r..p.f. Danielem Nuallanus [ms: B, C: *Nolanum*]

eiusdem conventus priorem.
pro Buresulensi, r.p.f. Dominicum Philbin,
et Stradensi, p. f. Antonium Henegan olim Lovanii publicum philosophiae professorem ac modo priorem Rathbranensem.
pro Gaulensi, venerandum p. Christopherum Bath, olim Dubliniensem priorem, virum apprime religiosum, zelosum ac idoneum.
pro Carlingfordensi, r.p.f. Jacobum Crolly virum pium ac doctum,
ac pro Derensi conventu, r. p. f. Dominicum Lorinan priorem conventus de Villanova.

## SUFFRAGIA PRO VIVIS

pro Sanctissimo D.no Clemente Nono, universaeque catholicae ecclesiae tranquillitate, q[uilibet] s[acerdos] u[nam] m[issam].
pro eminentissimo cardinali ordinis nostri protectore,q.s.u.m.
pro reverendissimo p. nostro generali, procuratore generali, nostroque provinciali, et praelatis ex ordine nostro ad saecularem dignitatem assumptis, ac felici successu proximi generalis capituli, q.s.u.m.
pro adm reverendis patribus provincialibus et prioribus in ultramarinis partibus [nobis] faventibus, ac juvenes nostros ad studia recipientibus, q.s.u.m.
pro mutua inter Catholicos principes concordia, felicique eorum contra Turcos et paganos successu, q.s.u.m.
pro quam diuturna salute ac vera prosperitate serenissimi domini Caroli Secundi Magnae Britanniae regis, reginae, totiusque familiae regiae, suorumque per mare, per terras principaliorum ministrorum et signanter excellentissimi proregis illius in hoc regno, q.s.u.m.
pro excell.mo d.no Guillielmo de Burgo Clanrickardiae comite suaque comitissa, cum tota prole ac familia, q.s.u.m.
Tantumdem pro ill.mo d.no Barone de Athenry cum suis, q.s.u.m.
pro perillustri familia de O Connor cum singulis suis ramis,

q.s.u.m.

pro ill.mo d.no Rocheo cum suis; ill.mo d.no Macarty; ill.mo d.no Inisycuin comite cum suis, insignibus ordinis nostri patronis; d.no Danniele Kieffe cum suis; d.no Joanne Barry cum suis; d.no Diermitio Tadei McCarthy cum suis; pro ill.mo d.no Dungan cum suis; ill.mo d.no vicecomite Dillon cum suis; Barone de Galtrum cum suis; ill.ma ubique Geraldinorum familia; ill.mo d.no Carlingfordense cum suis; d.no Cormaco Carthy cum suis, ac pro reliquis de iure nominandis, q.s.u.m.

## SUFFRAGIA PRO MORTUIS

pro animabus fratrum nostrorum ab ultimo capitulo defunctorum, q.s.u.m.

item pro animabus quorumcumque nostrorum fundatorum, patronorumque in hoc regno, q.s.u.m.

pro d.no Carolo Wite [ms. B, C: *White*] cum coniuge, et reliquis, q.s.u.m.

## NOMINA FRATRUM DEFUNCTORUM

a.r.p.f. Gregorius Fearail sacrae theologiae magister ac olim huius provinciae provincialis.

a.r.p.f. Dominicus Kelly provincialis.

a.r.p. Laurentius [ms. B, C: *Kelly*] prior Kilkiniensis.

p.f. Guillielmus Costigin.

frater Henricus Comerfoort.

p.f. Raymundus Morry [ms. B, C: *Moore*] mortuus in Dubliniensi carcere.

frater Hugo Mulpatrick conversus.

p.f. Dominicus Higgin sa[cerdos et pater antiquus].

p.f. Vincentius Galtruim.

p.f. Patritius Morphy, [ms. B, C: *praed. generalis*].

p.f. Joannes Scorloc [ms. B, C: *Scurlock*].

r.p.f. Dominicus Linseus [ms. B, C: *Lynchaeus*] sacrae theologiae praesentatus.

p.f. Patritius Leannan.

p.f. Bernardus Cuan.
p.f. Dominicus Hein.
frater Bernardus Kearny conversus.
frater Patritius Nuallanus conversus [ms. B, C: *Nolanus*].
p.f. Dominicus de Burgo.
p.f. Joannes Kearny.
p.f. Joannes Haninn [ms. B, C: *Hannan*].
p.f. Eugenius Goverin.
frater Antoninus Guidre [ms. B, C: *Groyar*] professus.
frater Josephus Cana [ms. B, C: *O Conar*] conversus.
p.f. Quintilianus [Hori?] sa[cerdos] et pater antiquus cum opinione virtutis.
p.f. Hugo McDonchy [ms. B, C: *MacDonogh*] sa[cerdos] et pater antiquus.
p.f. Dominicus Hairt.
p.f. Joannes Riegan.
frater Jacobus Hairt professus.
frater Quintilianus Hairt novicius.
p.f. Carolus Diermottroe.
p.f. Hugo Donchy.
p.f. Columbanus O Higgin.
p.f. Hilarius Higgin.
p.f. Matheus Higgin.
p.f. Guillielmus Feargus.
p.f. Walterus de Burgo.
p.f. Stephanus Linseus sac. et pater antiquus cum opinione virtutis.
p.f. Thomas Jois [ms. B, C: *Joyce*] sac. et pater antiquus.
p.f. Nicholas Halloran [ms. B, C: *Hallraghan*] prior Galviensis.
p.f. Fabianus O Mulryan [ms. B, C: *Ryan*] sacrae theologiae magister.
p.f. Hugo Moriarti sacrae theologiae magister.
p.f. Patritius Kearny sacrae theologiae magister.
p.f. Eddmundus Kynedy [ms. B, C: *Kenedy*].
p.f. Philippus Vulfe [ms. B, C: *Wolfe*].
p.f. Jacobus Walter.
p.f. Dionisius Hinrachan [ms. B, C: *Halraghan*] praesentatus.

p.f. Thomas Linseus sacrae theologiae magister.
p.f. Gregorius French sacrae theologiae magister.
p.f. Andreas Brun lector.
p.f. Raymundus Heslenan [ms. B, C: *sacrae theologiae magister*].
p.f. Dominicus Fearail.
p.f. Guiellmus Linseus.
p.f. Guillielmus Mearan [ms. B, C: *sac. et pater antiquus*].
p.f. Thomas Jordan.
p.f. Jacobus Barrett.
frater Joannes Kelly professus.
p.f. Michael Hein.
p.f. Thomas Coffy.
frater Dominicus Conell conversus.
Item soror Elinora Keevanach.
Mariana de Stelo.
Soror Elena Fitzharris.

Praecipimus singulis nostrorum conventuum pro tempore praesidentibus ut haec nostra acta ab integro coram tota communitate perlegi faciant sexies in anno.

Facimus insuper quantum in nobis est plenariam facultatem nostro r.do admodum patri nostro provinciali quoad applicationem sacrorum cum quibuscumque suis fratribus iuxta tempora aut cuiuslibet personae qualitatem ac possibilitatem, reducendique suos priores et fratres ad conventualiter vivendum iuxta antiquos nostrae religionis canones, hoc ultimum stricte requirentes.

Supplicamus huius provinciae nomine r.mo p. magistro vicario generali, ut patri nostro provinciali pro tempore plenariam, pro futuris temporibus, facultatem faciat determinandi, reducendique sub his persecutionibus ad pauculum numerum examinatores graduandorum, promovendorumque ad sacros ordines, atque excipiendas fidelium confessiones, et in casu quo quiqui graduandi sub temporum procellis, opportune non possint subire examen, aut die in patentibus praefixo convocare suos examinatores, posset in posterum p. magister provincialis pro tempore, tam

in examinatoribus, quam lapso tempore dispensare.

Insuper supplicatur r.mo p. vicario generali, aut generali futuro pro tempore, ut a Sacra Congregatione, aut a cardinali protectore serias solicitet commendatitias ad huius regni antistites, ut quoties opus erit nobis patrocinentur contra quoscumque nostris apostolicis privilegiis, et juribus praeiudicantes.

Denique declaramus proximum intermedium nostrum capitulum Deo favente esse celebrandum in conventu nostro Mulingeariensi.

Ultimo supplicatur r.mo patri generali ut possit quilibet pater provincialis, pro tempore, propter causas rationabiles differre vel anticipare capitulum intermedium.

Datum ac sigillatum in capitulo nostro provinciali die vigessimo Novembris 1669.

fr Constantinus Kyffe sacrae theologiae magister et prior provincialis ord. praed. per Hyberniam.
fr Felix O Connor praedicator generalis et primus diffinitor.
fr Thadeus Biragra secundus diffinitor.
fr Gerardus Dillon tertius diffinitor.
fr Thomas Mahon quartus diffinitor.

[paper seal of the province]

# 1672

*Acts of the intermediate provincial chapter held in the convent of Mullingar, 18 June 1672 [ms. AGOP XIII. 68095].*

Acta capituli intermedii provinciae Hiberniae sacri ordinis praedicatorum celebrati in conventu Molingarensi sub r. adm p. magistro Constantino Kyffe priore provinciali dictae provinciae et ordinis die 18 Junii 1672. Deffinientibus r.a.p.m.f. Geraldo Davock primo diffinitore, r.p.f. Christophero Baath priore Pontanensi ac praedicatore generali secundo diffinitore, r.p.f. Patricio Henebry priore Cassellensi et praed. gen. tertio diffinitore, r.p.f. Joanne Meara priore conventus SS.mae Trinitatis de Killkenia quarto diffinitore.

Declaramus praefatum r.a.p. provincialem esse continuatum ab omnibus vocalibus huius capituli usque ad terminum sui officii, secundum statuta nostrarum constitutionum.

## DENUNTIATIONES

1°. Denunciamus socium provincialis euntis ad capitulum generale esse r.p.f. Lucam Tobin praedicatorem generalem.

2°. Denunciamus transgressores praecepti formalis si sint praelati esse absolvendos ab officio, iuxta discretionem r.a.p. provincialis, et aliquorum patrum a consiliis, si vero sint inferiores ad arbitrium praelatorum a divinis suspendantur ut habetur in actis capituli provincialis habiti in conventu nostro Killkeniensi anno 1643.

3°. Denunciamus cum nondum innotuerit exacte de antiquitate conventuum nostrorum ordinem sessionis habitum inter rr. pp. priores in hoc capitulo, praeiudicium

nullum antiquitati conventuum inferre. Insuper volumus quod ordo servetur, de antiquitatibus, prout proponitur a domino Jacobo Waraeo donec aliter nobis certiori modo de veritate constabit.

## ORDINATIONES PRO CULTU DIVINO

1°. Ordinamus ut iuxta probatam et piam religionis nostrae in variis provinciis consuetudinem, et maiorum nostrorum sanctiones post antiphonam *Salve Regina*, in completorio statim subiungatur commemoratio de S.mo P.N. Dominico per antiphonam *O Lumen Ecclesiae* etc. cum oratione *Concede quaesumus* etc. Item, ut toties quoties officium de eo fiat, memoria etiam fiat de Sancto Francisco, in Missa, laudibus et vesperis, cum octava solius memoriae.

2°. Ordinamus ut in quibuslibet privatis Missis praelegantur lytaniae Lauretanae in honorem Deiparae Virginis pro exaltatione et pace ecclesiae et pro incolumitate serenissimi regis nostri Caroli Secundi, regiaeque prosapiae, proque felici successu exercituum regis nostri, tam in mari quam in terra, et pro fecunditate et incolumitate serenissimae reginae nostrae.

3°. Ordinamus, ut uniformitas omnino servetur tam in ceremoniis, quam in orationibus canonicis, ac Missa, et in Missa *Kyrie eleyson* alternatim cum sacerdote dicantur.

4°. Ordinamus, ut omnibus primis Dominicis mensis, festisque principalioribus, habeatur aliqualis concio, sive exhortatio, qua possit Rosarii devotio intimari populo, ac in exitu fratrum a conventu, admoneantur ut inter saecularia colloquia, aliquid de miraculis Rosarii patrocinio ac devotione Virginis erga nostrum ordinem misceant, studeantque dilligenter omnes, devotionem Rosarii solicite dilatare.

5°. Ordinamus, et stricte mandamus omnibus et singulis fratribus huius nostrae provinciae quatenus exercitia

spiritualia novem dierum successive quolibet anno exhibeant, videlicet tres primi per viam purgativam, secundi per viam illuminativam, et tres ultimi per viam unitivam. Et sciendum est quod in his exercitiis, silentium et solitudo stricte sint observanda, ita ut cum nullo nisi inter se, nec de aliqua re nisi de pertinentibus ad exercitium sermonem implicent. Assignabit autem prior, sive praesidens, cuiuslibet conventus sibi et fratribus suis tempus opportunum his exercitiis, videlicet Adventus aut Quadragesimae, aut cuiuscumque temporis anni, prout sibi videbitur expedire.

6°. Ordinamus, ut omnes et singuli fratres huius nostrae provinciae, qui renuerint praestare integrum omnium rerum suarum computum semel in anno suis superioribus integre, habeantur, et puniantur ut proprietarii, secundum quod in nostris constitutionibus plurimis in locis exprimitur.

7°. Ordinamus et stricte praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae et sub praecepto formali, ut nullus fratrum nostri ordinis huius provinciae, secreta ordinis sive aliquid cedens in damnum, vel famam ordinis, sive alicuius personae ordinis, ulli prorsus personae extra ordinem revelet, aut communicet.

8°. Praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae et sub formali praecepto quod nullus praelatus huius provinciae, spurium aut illegitimum ad habitum recipiat sine expressa licentia r.di adm p. provincialis. Item mandamus quod quilibet conventus huius nostrae provinciae, celebret decem sacra in solidum ad intentionem nostri procuratoris commorantis Dublinii, in eius subsidium.

## INSTITUTIONES

Instituimus in Conacia usque ad capitulum proximum futurum in omni differentia limitum, inter conventum et conventum, r.p.f. Gullielmum de Burgo sacrae theologiae magistrum ac priorem conventus Stradensis, ac r.p.f. Felicem

Connor praedicatorem generalem ac priorem conventus Roscomanensis:

pro Momonia, r.p.f. Patricium Henebry, praedicatorem generalem et priorem Cassellienseim, ac r.p.f. Guillielmum Rian praedicatorem generalem;

pro Lagenia, r.p.f. Geraldum Dillon sacrae theologiae baccalaureum et priorem Mullingarensem, ac r.p.f. Joannem Reynolds praedicatorem generalem ac prior conventus Dubliniensis;

pro Ultonia, r.p.f. Eugenium Coigly sacrae theologiae magistrum, et r.p.f. Dominicum Lorenan praedicatorem generalem;

cum plenaria potestate iuridice citandi, audiendi, ac diiudicandi alterutrum litigantium; in casu porro, quo contingat deputatos iudices inter se altercari, aut cum tertio, posse ac debere lites defferre ad duos viciniores aut magis indifferentes priores, quos amodo pariter authorizamus, ad easdem audiendas, et decidendas.

## SUFFRAGIA PRO VIVIS

pro S.mo D. nostro Clemente Decimo universaeque ecclesiae Catholicae tranquillitate quilibet sacerdos unam Missam.

pro eminentissimo d. cardinali ordinis nostri protectore, q.s.u.m.

pro r.mo p. n. generale, procuratore generali, nostroque provinciali, et praelatis ex ordine nostro assumptis, q.s.u.m.

pro adm ac reverendis patribus provincialibus, et prioribus in ultramarinis partibus faventibus ac juvenes nostros ad studia recipientibus, q.s.u.m.

pro ill.mo d. Olivero Plunkett primate totius Hiberniae, ac singulari ordinis nostri patrono, q.s.u.m.

pro ill.mo d. Gullielmo Burgatt archiepiscopo Casseliensi speciali nostro fautore, q.s.u.m.

pro ill.mo d.no [Patricio Plunkett] episcopo Midensi, q.s.u.m.

pro ill.mo d. [Dominico de Burgo] episcopo Elphinensi ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.

pro ill.mo d. [Thaddeo Keogh] episcopo Clonfertensi, etiam ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro mutua inter Christianos principes concordia, felicique eorum contra Turcos et paganos successu, q.s.u.m.
pro eximio d. Thoma Fitzsymons sac. theologiae doctore et vicario generali Killmorensi, ac d. Thoma de Burgo sac. theologiae doctore ac vic. gen. Elphinensi, q.s.u.m.
pro eximio d. Gullielmo de Burgo Clanrickardiae comite suaque comitissa, cum tota prole et familia, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Bermingham, Barone de Athenry, cum uxore prole et familia, q.s.u.m.
pro illustri familia de O Connor cum singulis suis ramis, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Rocheo cum suis, ill.mo d. comite de Clancarty cum suis, et ill.mo comite de Insiquin cum suis, q.s.u.m.
pro d. Daniele O Kyffe cum matre, d. Joanne Barry cum suis, d. Dermitio McKarty cum suis, d. Cormaco McKarty cum suis, ill.mo d. Dungan cum suis, ill.mo d. vice-comite Dillon cum suis, Barone de Galtrim cum suis, ill.mo d. Netervill cum suis, illustrissimis ubique Geraldinorum ac Barryorum familiis, d. comite Carlingfordiensi cum suis, pro illustri familia Ferallorum ubique, Barone de Louth cum suis, pro d. O Shaghnissy cum suis, ac pro reliquis de iure nominandis, q.s.u.m.

## SUFFRAGIA PRO MORTUIS

Pro animabus fratrum nostorum ab ultimo capitulo defunctorum, q.s.u.m.
Item pro animabus quorumcumque fundatorum patronorumque nostororum in hoc regno, q.s.u.m.
Ubi sacerdotibus Missa imponitur, iuvenes septem psalmos [poenitentiales], et conversi Rosarium dicant.

## NOMINA FRATRUM MORTUORUM

p.f. Oliverus de Burgo s. t. magister.
p.f. Edwardus Bermingham s. t. magister.

p.f. Moriartus Moriarty s. t. magister.
p.f. Patricius Primrose s. t. magister.
p.f. Richardus Kent prior Corcagiensis.
p.f. Joannes Regan.
p.f. Dominicus Hogan.
p.f. Morganus Kenedy.
p.f. Thomas Tully praesentatus.
p.f. Cornelius Mahon lector philosophiae.
p.f. Thadeus McDermott.
p.f. Cornelius Geoghegan praedicator generalis.
p.f. Joannes Dillon.
p.f. Dominicus Barnawell.
p.f. Jacobus Crilly prior Derrensis et praedicator generalis.
p.f. Gullielmus Cosgrave.
p.f. Bernardus Maddin.
p.f. Joannes Ruan lector philosophiae.
f. Hugo Coghlan.
f. Cornelius Rouri novicius.
f. Antonius Dermott.
f. Paulus McCullin.
f. Hugo Maginis.
f. Henricus Pickott.
Soror Sara ni Andrew centenaria cum oppinione virtutis.

Praecipimus singulis nostrorum conventuum pro tempore praesidentibus ut haec nostra acta ab integro coram tota communitate perlegi faciant quater in anno.

Denique declaramus proximum nostrum capitulum provinciale celebrandum esse in conventu nostro S.ae Mariae Roscomanensi.

fr Constantinus Kyffe prior provincialis.
fr Geraldus Davock sacrae theologiae magister, primus definitor.
fr Christopherus Bath prior Pontanensis ac praedicator generalis, secundus definitor.
fr Patricius Hennebry praedicator generalis, prior Casseliensis et tertius definitor.
fr Joannes Meara prior Kilkeniensis et quartus definitor.

# 1678

*Acts of the elective provincial chapter held in the convent of Roscommon, 11 to 13 September 1678 [ms. TCD 851, ff. 47-51].*

Acta capituli provincialis provinciae Hiberniae sacri ordinis praedicatorum celebrati in conventu nostro S. Mariae Roscomanensi die xi Septembris 1678, sub r.a.p.f. Guilelmo de Burgo juniore, sac. theol. magistro, eiusdem ordinis per Hiberniam priore provinciali electo, deffinientibus rr. aa. pp. f. Constantino Kyffe, s. theol. magistro, priore Corcagiensi, f. Guilielmo de Burgo seniore, s. theol. magistro, priore Raffranensi, f. Petro Mulledy, priore Mullingarensi, f. Thomae Mahan, priore Gaulensi.

## DENUNCIATIONES

1°. Declaramus r.a.p.f. Guilielmum de Burgo juniorem, s. theol. magistrum (vi bullae Urbani Papae Octavi per litteras in forma brevis datas Romae 31 Octobris 1628 huic provinciae concessisse ut qui antea priores vel provinciales domorum aut provinciae respective fuerint, iterum ad eadem munera, nulla temporis interposita mora, eligi et assumi valeant, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis aut aliis in contrarium quibuscumque) canonice fuisse electum in hoc capitulo priorem provincialem provinciae Hiberniae.

2°. Denunciamus ex actis capituli generalis Romae celebrati 1629 pro provincia Hiberniae (ut habemus in capitulo intermedio Athenriensi celebrato 10 Februarii eodem anno et Lovanii impresso) quod cum multa in nostris constitutionibus earumque glossis et ordinationibus capitulorum generalium inveniantur quae in ista provincia secundum praesentem rerum statum commode observari non valeant: quod provincialis nunc et pro tempore existens ad tollendos

scrupulos super huiusmodi dispensandi iuxta temporis necessitatem bonique regiminis exigentiam, in omnibus cuiuscunque generis fuerint illa, facultatem habeat.

3°. Denunciamus ex capitulo generali Romae celebrato 1629 quod praelatus collegii seu conventus Lovaniensis caeterique moderatores et studentes eiusdem a p. provinciali Hiberniae tantum de consilio patrum vel deffinitorum capituli provincialis, eligantur et instituantur, ipsumque collegium seu conventum dicto provinciali pro tempore in omnibus omnino subjectum esse, et [quia] procuratorem generalem r.p.f. Joannem O Connor omnem sibi authoritatem arrogare contra acta capituli generalis praefati intelligamus, r.mum p. magistrum generalem ut in hac re modum imponat submisse rogamus, restituendo praedictam capituli generalis authoritatem p. nostro provinciali; aliter verendum est ne corruat conventus noster Lovaniensis a fundamentis exstructus sudore nostratum absque ullo prorsus praefati procuratoris subsidio.

4°. Denunciamus r.p.f. Anthoninum Ruth, regentem primarium conventus Lovaniensis, fuisse electum in deffinitorem futuri generalis capituli, et in socium r.p.f. Ricardum Eanum.

5°. Denunciamus transgressores praecepti formalis, si sint praelati, esse absolvendos ab officio iuxta discretionem r.a.p. provincialis et aliquorum patrum a consiliis. Si vero fuerint inferiores, ipso facto sint suspensi ab administratione sacramentorum, ut denunciatum fuit in actis capituli intermedii celebrati in conventu Mullingarensi die 18 Junii 1672.

6°. Denunciamus ill.mum ac r.mum f. Dominicum de Burgo episcopum Elphinensem electum fuisse in iudicem conservatorem nostri ordinis in provinciis Conaciae, Lageniae et Momoniae, et ill.mum ac r.mum d. f. Patritium Terrell [OFM] episcopum Clogherensem in conservatorem ordinis

similiter in Ultonia.

7°. Denunciamus rr. aa. pp. ff. Felicem O Connor, Thadaeum Biragra [et] Ricardum Maddin a r.mo patre nostro generali fuisse creatos ac promotos magistros, ac prout tales nos ipsos denunciasse. Item rr. pp. Anthonium Ruth, Balthasarem a S. Thoma [Gibbon], Gelasium Mathaeum et Joannem Broun creatos ac promotos fuisse praesentatos: ac similiter nos illos denunciasse.

## ORDINATIONES CULTUS DIVINI

1°. Cum domum Domini decet sanctitudo, nitor, ordinamus quod in sacris vestibus, corporalibus ac aliis ecclesiarum ornamentis, summa adhibeatur mundities, eaque omnia ita componantur sicut ordinarii nostri rubricae praescribunt.

2°. Ordinamus quod in quolibet huius nostrae provinciae conventu seu residentia servetur in loco decenti sacrum oleum pro infirmorum unctione.

3°. Ordinamus quod in omnibus nostris conventibus divinum officium choraliter persolvatur, et ut finito completorio dicatur tertia pars Rosarii, ut solet fieri in partibus ubi viget ordo. Item, nulla prorsus signa benedicantur quam ea quae quinque tantum vel quindecim decadibus constant, ut fuit ordinatum in capitulo intermedio Trimmensi, kalend. Novembris 1636; necnon in unoquoque conventu liber in quo nomina confratrum ac sororum habeantur; et etiam procuretur tabella indulgentiarum SS.mi Rosarii pro quolibet sacello. Denique, ut indulgentias praedicatores praedicent et miracula narrent, quibus fidelium devotio augeatur.

4°. Quod secundum acta capituli generalis Romae celebrati 1629, celebretur nona Junii festum S. Columbae abbatis sub ritu totius duplicis.

## ORDINATIONES PRO BONO REGIMINE

1°. Omnibus et singulis fratribus nostris strictissime praecipimus ut ill.mis ac r.mis dd. archiepiscopis, episcopis, necnon rr. aa. dd. pastoribus debitam exhibeant reverentiam, in nullaque re eis praeiudicent; quinimo totis viribus nervose eis assistant, debitumque praestent obsequium, et in omnibus quae non obstant nostris privilegiis se illis conformare studeant.

2°. Ordinamus, ad evitanda plura inconvenientia, quod nullus prior recipiat aliquod [sic] novitios sine speciali r.a.p. provincialis licentia in scriptis et hoc [sub] poena absolutionis ab officio ipso facto incurrenda.

3°. Quod priores et alii vocales sine legittima causa r.p. provinciali intimanda et ab eodem approbanda, a capitulis provincialibus remanentes, sint suo officio, et voce activa et passiva ipso facto privati quousque per supperiores ad illud restituantur.

4°. Ordinamus (cum alium vivendi praeter mendicationem modum habeamus nullum) quod fratres nostri ab ultramarinis partibus reduces, cuiuscunque sint conditionis, ad quaestum pro suis conventibus prout supperiori videbitur, teneantur.

5°. Ordinamus et praecipimus, in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et praecepto formali, quod nullus ordinis nostri frater extra limites sui conventus ullo modo exeat aut vagetur, sine sui supperioris speciali licentia in scriptis, et hoc pro qualibet vice; et quod supperiores ultra dietam talem illis facultatem concedere nequeant, et casu quo ultra dietam proficiscendi venia indigeant, licentiam p. provincialis in scriptis procurent.

6°. Ordinamus, praecipimus, et strictissime mandamus in

virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, necnon sub formali praecepto omnibus et singulis fratribus provinciae nostrae, cuiuscunque conditionis aut officii existant, ut omnes pecunias quas pro celebrandis sacris sive alia quacunque de causa communitatis vel ordinis intuitu acceperint, statim praelato consignent; eisdemque sub eodem praecepto mandamus et praecipimus ut pecunias ad usum suum particularem receptas infra 24 horas post redditum ad conventum priori seu praesidenti praesentent, qui eas mox in communi deposito deponet, et ipsis pro occurrentibus suis necessitatibus libenter tradet, aliter ex nunc pro tunc illas conventui applicamus. Priori vero seu praesidenti, sub eodem praecepto, necnon sub poena absolutionis ab officio, mandamus et praecipimus ut non praesumat sine consensu talis fratris de pecuniis positis in deposito etiam ad usum conventus disponere.

7°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub praecepto formali, necnon sub poena privationis vocis activae et passivae, ut nullus huius provinciae nostrae frater secreta ordinis seu alicuius personae ordinis, aliquid cedens in damnum aut scandalum ordinis sive alicuius personae ordinis, alicui prorsus personae extra ordinem aut revelet aut communicet.

8°. Ordinamus, et hoc sub poena suspensionis praecipimus, ut nullus fratrum nostrorum curam animarum suscipiat mediate vel immediate per se vel per alium, absque expressa r.a.p. provincialis in scriptis licentia; similiter sub eadem poena praecipimus, et mandamus sub poena privationis vocis activae et passivae, ut nullus frater praesumat quocumque titulo vel praetextu extra suum conventum vivere aut degere sine eiusdem provincialis licentia in scriptis.

9°. Ordinamus, et hoc sub poena suspensionis praecipimus, ne de caetero ullus religiosus nostri ordinis huius provinciae contrahat aliqua debita absque expressa sui prelati licentia pro qualibet vice; sub eadem etiam poena praecipimus ne

ullus nostrorum fratrum cautionem, fidem aut sponsionem interponat pro debitis saecularium aut mercibus emendis.

10°. Ordinamus et stricte mandamus ut nullus nostrae provinciae frater sit arbiter in ulla causa sive ecclesiastica sive civili extra ordinem.

11°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub praecepto formali, ut cuiuslibet conventus prior seu praesidens annuatim solvat a.r.p. provinciali pro annuali suo subsidio 20 solidos, socio 4 solidos cum dimidio, famulo autem unum solidum; r. vero p. procuratori provinciae pro indefessis die noctuque pro ordine exanthlatis laboribus, litterarumque expensis, sex solidos ut hactenus fieri solebat, et hoc in actuali visitatione solvendum.

DECLARATIONES

1°. Declaramus serenissimo regi nostro Carolo 2° obedientiam et fidelitatem deberi ab omnibus suis subditis cuiuscunque conditionis aut status sint.

2°. Declaramus causarum iudices ad dirimendas decidendasque lites ortas vel oriundas circa limites conventuum institutos esse;
pro Lagenia, rr. pp. Ricardum Maddin, s. theol. magistrum, priorem Dubliniensem, et r.p. Eugenium Cogley, priorem Trimmensem;
pro Conatia, r.p.f. Baltasarem a S. Thoma [Gibbon], priorem Bursulensem, et r.p. Christopherum Walsh, priorem Portumnensem;
pro Momonia, r.p.f. Thomam Hart, priorem Lymiricensem, et r.p. Eustachium Magner, priorem Killaloensem [recte: Killaocensem];
pro Ultonia, r.p. Jacobum Teeling, priorem Pontanensem, et r.p. Christopherum Bath, priorem Carlingfordensem;
cum potestate plenaria iuridice citandi, audiendi ac diiudicandi alterutrum litigantium, et casu quo contingat

deputatos iudices inter se altercari, vel convenire non posse, vocent proximum seu viciniorem priorem, et quidquid inter se fecerint, ratum habemus.

## INSTITUTIONES

1°. Ad baccalaureatus gradum, seu praesentaturam, promoveri postulamus r. p. Thomam Hart, olim philosophiae professorem et verbi Dei concionatorem.

2°. Instituimus praedicatores generales cum omnibus gratiis et privilegiis quibus caeteri praedicatores generales de iure vel approbata consuetudine in ordine et provincia nostra gaudere solent, sequentes patres pro conventibus hic nominandis:

pro conventu Longfordiensi, p.f. Petrum Mulledy, priorem Mullingarensem.
pro conventu Athenriensi, r.p.f. Thadaeum Daly, eiusdem conventus priorem.
pro conventu Kilkeniensi, r.p.f. Ricardum Tobbin.
pro conventu Burusilensi, r.p. Dominicum Philbin.
pro conventu Tulskiensi, p. Joannem de Burgo.
pro conventu Ratbranensi, p. Humbertum Dolphin.
pro conventu Sligoensi, p. Patricium Donoghy.
pro conventu Ballindunensi, p. Constantinum Donoghy.
pro conventu Pontanensi, r.p. Patricium Hegerty.

## COMMISSIONES

1°. Committimus r.a.p. provinciali ut instituat vicarios nationum iuxta temporum exigentiam, eique omnem authoritatem ad hoc damus.

2°. Committimus r.a.p. provinciali ut curet in sua visitatione maximam modestiam observari in iis quae saecularibus scandalo esse possint.

3°. Committimus r.a.p. provinciali ut det authoritatem clericis

saecularibus bene nobis affectis, ubi non habemus conventus ut confraternitatem Sanctissimi Rosarii erigant et confratres recipiant quorum nomina in libris proximorum conventuum scribentur.

Ordinamus capitulum nostrum intermedium proxime futurum in conventu nostro Mullingarensi celebrandum fore 20 Aug. 1680.

## SUFFRAGIA PRO VIVIS

pro bono et universali S. Romanae Ecclesiae statu, q[uilibet] s[acerdos] u[nam] m[issam].
pro Sanctissimo D.no nostro Innocentio Papa 11°, quilibet s.u.m.
pro serenissima regina nostra Magnae Brittaniae, q.s.u.m.
pro sua celsitudine Ducissa de Yorck, q.s.u.m.
pro em.o d. cardinali, ordinis nostri et regni protectore, q.s.u.m.
pro em.o d. principe cardinali de Nortfolcia ex ordine nostro, q.s.u.m.
pro r.mo p. nostro generali, eiusque sociis, q.s.u.m.
pro procuratore generali ordinis, q.s.u.m.
pro omnibus provincialibus et prioribus in ultramarinis partibus nobis faventibus ac juvenes nostros ad studia recipientibus, q.s.u.m.
pro r.a. ac eximio p. magistro nostro provinciali, q.s.u.m.
pro ill.mo domino Olivero Plunketto, totius Hiberniae primate, q.s.u.m.
pro ill.mo d. f. Dominico de Burgo, episcopo Elfinensi, q.s.u.m.
pro ill.mo d. f. Thadaeo Keogh, episcopo Clunfertensi, q.s.u.m.
pro ill.mo d. f. Patricio Tyrrell, episcopo Clogherensi, q.s.u.m.
pro r.a.p. mag. f. Christophero de Rosario, Magnae Brittaniae reginae a confessionibus, quilibet sacerdos unam missam.
pro mutua inter Christianos principes pace et concordia, q.s.u.m.
pro ill.mo Clanricardiae comite, eius comitissa et prole, q.s.u.m.
pro ill.mo d. comite Carlingfordensi, q.s.u.m.

pro ill.mo vicecomite Netervil, q.s.u.m.
pro ill.mo d. vicecomite de Gormanstoun, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Luca Dillon vicecomite, q.s.u.m.
pro ill.mo Milero de Burgo vicecomite de Maio, q.s.u.m.
pro ill.mo d. vicecomite Dungan, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Edwardo Bermingham, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Guilielmo de Burgo barone de Casselconell, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Theobaldo de Burgo vicecomite de Brittas, q.s.u.m.
pro ill.ma d. comitissa de Clancarty et prole, q.s.u.m.
pro ill.mo d. comite Westmidiae et familia Nugentium, q.s.u.m.
pro ill.mo Davide Rochaeo vicecomite de Fermoio, q.s.u.m.
pro antiquissima familia Ferrallorum, q.s.u.m.
pro nobilissima familia de O Connor, q.s.u.m.
pro nobilissimo d. Rogero Shagnasy, q.s.u.m.
pro omnibus benefactoribus nostris in hoc regno degentibus, q.s.u.m.

## SUFFRAGIA PRO MORTUIS

pro anima ill.mi d. Bermingham, Baronis de Athenrie, q.s.u.m.
pro animabus benefactorum et fundatorum nostrorum conventuum, q.s.u.m.
pro anima cuiuslibet fratris huius provinciae defuncti ab ultimo capitulo, q.s.u.m.

## NOMINA FRATRUM DEFUNCTORUM

r.a.p. Edmundus Buttler.
r.a.p. Dionisius Kennedy.
a.r.p. Edmundus Berry.
r.p. Thomas de Burgo, olim procurator Matritensis.
r.p. Marcus Donnell, sac. theol. lector.
r.p. Patritius Dulganty, prior Kilkeniensis.
r.p. Jacobus Crilly, praedicator generalis.

r.p. Joannes Dillon, p[ater] antiquus.
r.p. Jacobus Tulli, supprior Athenriensis.
p.f. Dominicus de Burgo.
p.f. Bernardus Bearry.
p.f. Ambrosius Conmy.
p.f. Eugenius Molloy.
r.p. Joannes Hanner [? Fannen].
r.p. Ambrosius Linne, supprior Culrannensis.
p.f. Bernardus McDery.
p.f. Dominicus McIlbridy.
p.f. Thadeus O Connor.
p.f. Thomas Flynne.
p.f. Raymundus Hanly.
r.p. Petrus O Connor.
f. Dominicus Coglan, clericus.
f. Donatus Maddin, diaconus.
f. Thomas de Burgo, clericus.
f. Petrus Toghill, clericus.
f. Paulus McCullin, clericus.
f. Dominicus Mulderigh, clericus.
f. Ambrosius McGee, clericus.
f. P. Gannur, clericus.
f. Cornelius Rory, professus.
f. Patricius Timnanig, professus.
f. Bernardus Cuny, laicus.
f. Patricius Rigan, laicus.

Ubi sacerdotibus Missa imponitur pro supradictis quam vivis quam defunctis, juvenes septem psalmos poenitentiales dicant, conversi vero Rosarium.

Praecipimus omnibus nostrorum conventuum prioribus sive praesidentibus ut acta huius capituli habeant, legi faciant quater in anno, atque copiis horum actorum r.a.p. provincialis manu signatis fides adhibeatur. Concedimus r.a.p. provinciali omnem nostram authoritatem circa omnia praemissa ut ea declarare, omnia denique et singula facere possit quae nos insimul existentes possemus, secundum quod eius prudentiae videbitur expedire.

Datum in conventu nostro B. Mariae Roscomanensi, die 13 Septembris 1678.

fr Guilielmus de Burgo, magister, provincialis Hiberniae ordinis praedicatorum.
fr Constantinus Kyffe, olim provincialis, magister, prior Corcagiensis, primus deffinitor.
fr Guilielmus de Burgo, olim provincialis, magister, prior Rathbranensis, secundus definitor.
fr Petrus Mulledy, prior Mullingarensis, tertius deffinitor.
fr Thomas McMahon, quartus definitor.
fr Joannes Reynolds, praedicator generalis, secretarius capituli.

## 1682

*Acts of the elective provincial chapter held in the convent of Roscommon, 2 to 4 October 1682 [ms. TCD, 851, ff. 25-31].*

Acta capituli provincialis provinciae Hiberniae sacri ordinis praedicatorum celebrati in conventu nostro Roscomanensi die secundo Octobris millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, sub r.a.p.f. Thadaeo O Daly, praedicatore generali, priore provinciali, definientibus rr. aa. pp. f. Joanne Browne, sacrae theologiae praesentato, priore Galviensi, f. Joanne Reynolds, praedicatore generali, priore Dubliniensi, f. Jacobo Teeling, priore Pontanensi, et f. Humberto Delphin, praedicatore generali, priore Limericensi.

### DENUNCIATIONES

1°. Denunciamus r.a.p.f. Thadaeum O Daly, praed. gen., fuisse canonice electum in hoc capitulo in priorem provincialem huius provinciae Hiberniae, die secundo Octobris millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, hora duodecima diei.

2°. Denunciamus electum fuisse in diffinitorem capituli generalis proximi futuri r.p.f. Patricium Marshall, lectorem, et priorem conventus Kilkeniensis, et in socium r.p.f. Thomam de Burgo, lectorem nostri conventus Sancti Sixti Romae, cui in absentia provincialis eius vices committuntur.

3°. Denunciamus nominatos fuisse patres quos sibi a consiliis r.a.p. noster provincialis adhibeat:

In Conacia, r.a.p. magistrum f. Guilielmum de Burgo seniorem, priorem Rathbranensem, et r.a.p. magistrum f. Guilielmum de Burgo juniorem.

In Lagenia, r.p.f. Joannem Reynolds, praedicatorem generalem et priorem Dubliniensem, et r.p.f. Patricium

Marshall, priorem Kilkeniensem.
In Momonia, pro parte orientali, r.a.p. magistrum Ricardum Maddin, priorem Lorhensem, et r.a.p. magistrum Thadaeum Biragra, et pro parte occidentali, r.p.f. Humbertum Delphin, praedicatorem generalem, priorem Limericensem, et r.p.f. Guilielmum Barry, priorem Corcagiensem.
In Ultonia, r.p.f. Jacobum Teeling, priorem Pontanensem, et r.p.f. Patricium Heggarty, priorem Culrahanensem.

4°. Denunciamus ex capitulo generali Romae celebrato anno 1629 quod praelatus collegii, seu conventus Lovaniensis, caeterique moderatores, et studentes eiusdem a patre provinciali Hiberniae tantum de consilio patrum vel diffinitorum capituli provincialis instituantur, ipsumque collegium seu conventum dicto provinciali pro tempore in omnibus omnino subjectum esse.

5°. Denunciamus transgressores praecepti formalis, si sint praelati, esse absolvendos ab officio iuxta discretionem r.a.p. provincialis et aliquorum patrum a consiliis. Si vero fuerint inferiores, ipso facto sint suspensi ab administratione sacramentorum, ut denunciatum fuit a diversis capitulis, et voce activa et passiva ipso facto sint privati.

6°. Denunciamus illustrissimum ac reverendissimum dominum f. Dominicum de Burgo, episcopum Elphinensem, ex nostro ordine assumptum, electum fuisse in iudicem conservatorem nostri ordinis in provinciis Conaciae et Momoniae, et illustrissimum dominum Jacobum Cusacke, episcopum Midensem, in conservatorem ordinis similiter in provinciis Lageniae et Ultoniae.

## ORDINATIONES PRO CULTU DIVINO

1°. Cum domum Domini decet sanctitudo, nitor, ordinamus quod in sacris vestibus, corporalibus ac aliis ecclesiarum ornamentis, summa adhibeatur mundities, eaque omnia ita

componantur sicut ordinarii nostri rubricae praescribunt.

2°. Ordinamus quod in quolibet huius nostrae provinciae conventu seu residentia servetur in loco decenti sacrum oleum pro infirmorum unctione.

3°. Ordinamus, et strictissime mandamus, quod quilibet prior procuret quantocius habere domicilium in quo cum fratribus simul cohabitet, ibique sacellum erigat in quo divinum officium choraliter persolvant, prout tempora permittant, et ut finito completorio tertiam partem Rosarii recitent. Et nulla prorsus signa benedicantur quam ea quae quinque tantum vel quindecim decadibus constant, ut fuit ordinatum in capitulo intermedio Trimmensi, kalend. Novembris 1636; necnon in unoquoque conventu liber in quo nomina confratrum ac sororum habeantur; et etiam procuretur tabella indulgentiarum SS. Rosarii pro quolibet sacello. Denique, ut indulgentias praedicatores praedicent et miracula narrent, quibus fidelium devotio augeatur.

## ORDINATIONES PRO BONO REGIMINE

1°. Omnibus et singulis fratribus nostris strictissime praecipimus ut ill.mis ac r.mis. dd. archiepiscopis, episcopis, necnon rr. aa. dd. pastoribus debitam exhibeant reverentiam, in nullaque re eis praeiudicent; quinimo totis viribus nervose eis assistant, debitumque praestent obsequium, et in omnibus quae non obstant nostris privilegiis se illis conformare studeant.

2°. Ordinamus, ad evitanda plura inconvenientia, quod nullus prior recipiat aliquod [sic] novitios sine speciali r.a.p. provincialis licentia in scriptis et hoc [sub] poena absolutionis ab officio ipso facto incurrenda, et nullo modo spurii seu illegittime nati recipiantur.

3°. Quod priores et alii vocales sine legittima causa r.p. provinciali intimanda et ab eodem approbanda, a capitulis

provincialibus remanentes sint suo officio, et voce activa et passiva ipso facto privati quousque per supperiores ad illud restituantur.

4°. Ordinamus (cum alium vivendi praeter mendicationem modum habeamus nullum) quod fratres nostri ab ultramarinis partibus reduces, cuiuscunque sint conditionis, ad quaestum pro suis conventibus prout supperiori videbitur, teneantur.

5°. Ordinamus et praecipimus, in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub praecepto formali, quod nullus ordinis nostri frater extra limites sui conventus ullo modo exeat aut vagetur, sine sui supperioris speciali licentia in scriptis, et hoc pro qualibet vice; et quod supperiores ultra dietam extra limites sine consilio patrum illis talem facultatem concedere nequeant.

6°. Ordinamus, praecipimus, et strictissime mandamus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, necnon sub formali praecepto omnibus et singulis fratribus huius provinciae, cuiuscunque conditionis aut officii existant, ut omnes pecunias quas pro celebrandis sacris sive alia quacunque de causa communitatis vel ordinis intuitu acceperint, statim praelato consignent; eisdemque sub eodem praecepto mandamus et praecipimus ut pecunias ad usum suum particularem receptas infra 24 horas post redditum ad conventum priori seu praesidenti praesentent, qui eas mox in communi deposito deponet, et ipsis pro occurentibus suis necessitatibus libenter tradet, aliter ex nunc pro tunc illas conventui applicamus. Priori vero seu praesidenti, sub eodem praecepto, necnon sub poena absolutionis ab officio, mandamus et praecipimus ut non praesumat sine consensu talis fratris de pecuniis positis in deposito etiam ad usum conventus disponere, neque frater ille sine praelati licentia quidpiam expendere.

7°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti,

sanctae obedientiae, et sub praecepto formali, necnon sub poena privationis vocis activae et passivae, ut nullus huius provinciae nostrae frater secreta ordinis seu alicuius personae ordinis, aliquid cedens in damnum aut scandalum ordinis sive alicuius personae ordinis, alicui prorsus personae extra ordinem aut revelet aut communicet.

8°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, necnon sub praecepto formali, ne de caetero aliquis religiosus nostri ordinis huius provinciae contrahat aliqua debita absque expressa sui praelati licentia pro qualibet vice; sub eadem etiam poena praecipimus ne ullus nostrorum fratrum cautionem, fidem aut sponsionem interponat pro debitis saecularium aut mercibus emendis, et sub eodem praecepto mandamus ut in nundinis et foris nec negotiationem aut mercaturam exerceant.

9°. Ordinamus et praecipimus sub poena gravioris culpae incurrendae ut nullus fratrum nostrorum curam animarum suscipiat mediate vel immediate per se vel per alium, absque expressa r.a.p. provincialis in scriptis licentia; similiter sub eadem poena praecipimus, et mandamus sub poena privationis vocis activae et passivae, ut nullus frater praesumat quocumque titulo vel praetextu extra suum conventum vivere aut degere sine eiusdem provincialis licentia in scriptis, et contrarium huius faciens tanquam proprietarius habeatur et utraque voce privatus declaretur.

10°. Ordinamus et stricte mandamus ut nullus nostrae provinciae frater sit arbiter in ulla causa ecclesiastica sive civili extra ordinem.

11°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae et sub formali praecepto, necnon sub poena absolutionis ab officio ipso facto incurrendae, ut cuiuslibet conventus prior vel praesidens annuatim solvat a.r.p. provinciali pro annuali suo subsidio viginti solidos, ut hactenus fieri consuevit: socio vero quatuor solidos cum

dimidio, et famulo unum; r. autem p. procuratori provinciae pro indefessis diu noctuque pro ordine exanthlatis laboribus, litterarum expensis, sex solidos, et hoc saltim in actuali visitatione solvendum.

12°. Ordinamus et stricte mandamus ut qui munus prioris in aliquo conventu exercuerit et eundem non reliquerit in meliori saltim statu quam invenerit, nisi constat quod manifesta loci et temporis incommoditas eum impediverit, nullatenus postea eligi possit, et si electus fuerit non confirmetur; insuper stricte mandamus ut nullus prior contrahat aliqua debita sine consensu patrum a consiliis; quod si contrarium fecerit declaramus conventum ad talia debita solvenda non teneri.

## DECLARATIONES

1°. Declaramus serenissimo regi nostro Carolo 2° obedientiam et fidelitatem deberi ab omnibus suis subditis cuiuscunque conditionis aut status sint.

2°. Declaramus causarum iudices ad dirimendas decidendasque lites ortas, vel oriundas circa limites conventuum institutos esse:

pro Conacia, r.p.f. Thomam de Burgo, priorem Athenriensem, et r.p.f. Joannem Browne, sacrae theologiae praesentatum et priorem Galviensem;

pro Lagenia, r.p.f. Geraldum Dillon, sacrae theologiae praesentatum et priorem Mullingarensem, et r.p.f. Joannem Reynolds, praedicatorem generalem et priorem Dubliniensem;

pro Ultonia, r.p.f. Jacobum Teeling, priorem Pontanensem, et r.p.f. Patricium Heggarty, praedicatorem generalem et priorem Culrahanensem;

pro Momonia, r.p.f. Humbertum Delphin, praedicatorem generalem et priorem Limericensem, et r.p.f. Eustachium Magner priorem Killaocensem;

cum potestate plenaria iuridice citandi, audiendi ac diiudicandi alterutrum litigantium, et casu quo contingat

deputatos iudices inter se altercari, vel convenire non posse, vocent proximum seu viciniorem priorem, et quidquid inter se fecerint, ratum habemus.

3°. Declaramus capitulum nostrum intermedium proxime futurum in conventu nostro Athenriensi celebrandum fore die vigesimo Augusti anno 1684.

## INSTITUTIONES

1°. Instituimus praedicatores generales cum omnibus gratiis et privilegiis quibus caeteri praedicatores generales de iure vel approbata consuetudine in ordine et provincia nostra gaudere solent, sequentes patres pro conventibus hic nominandis:
pro conventu Galviensi, r.p.f. Petrum French.
pro conventu Tumbolensi, r.p.f. Ignatium Lynch.
pro conventu Portumnensi, r.p.f. Dominicum Maddin.
pro conventu Dubliniensi, r.p.f. Michaelem Fulam.
pro conventu Urlarensi, r.p.f. Bartholomaeum O Heyne.
pro conventu Athiensi, r.p.f. Thomam Brenan.
pro conventu Rossensi, r.p.f. Michaelem Bergin.
pro conventu Clunsanvilensi, r.p.f. Jacobum Donogh.
pro conventu Stradensi, r.p.f. Joannem Killikelly.
pro conventu Kilkeniensi, r.p.f. Ricardum Cudihy.

## POSTULATIONES

Vacantibus diversis magisteriis, ad gradum magisterii titulo praedicationis promoveri postulamus r.p.f. Thomam de Burgo, priorem Athenriensem, et r.p. Geraldum Dillon, sacrae theologiae praesentatum, et r.p.f. Antonium Rooth, sacrae theologiae praesentatum. Et vacantibus diversis praesentaturis, ad gradum praesentaturae promoveri postulamus r.p.f. Patricium Marshall, sacrae theologiae lectorem, et r.p.f. Anthonium Hugo lectorem.

## COMMISSIONES

1°. Committimus r.a.p. provinciali ut instituat vicarios nationum iuxta temporum exigentiam, eique omnem authoritatem ad hoc damus.

2°. Committimus r.a.p. provinciali ut curet in sua visitatione maximam modestiam observari in iis quae saecularibus scandalo esse possint.

## SUFFRAGIA PRO VIVIS

pro bono et universali statu sanctae Romanae ecclesiae, quilibet sacerdos unam missam.
pro S.mo D. nostro papa Innocentio Undecimo, q.s.u.m.
pro serenissima regina nostra Magnae Brittaniae, q.s.u.m.
pro sua celsitudine Ducissa de Yorke, q.s.u.m.
pro eminentissimo domino cardinali ordinis nostri et regni protectore, q.s.u.m.
pro eminentissimo principe cardinali [Howard] de Norfolcia ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro rev.mo patre nostro generali eiusque sociis, q.s.u.m.
pro rev.mo patre procuratore generali ordinis, et praelatis ex ordine nostro assumptis, q.s.u.m.
pro ill.mo ac rev.mo d. f. Ildephonso de S.to Thoma, episcopo ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro ill.mo ac rev.mo d. f. Thoma Carbonel episcopo Siguntino ex ordine nostro assumpto et catholicae maiestatis a confessionibus, q.s.u.m.
pro ill.mo ac rev.mo d. f. Dominico de Burgo episcopo Elphinensi ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro ill.mo ac rev.mo domino f. Thadaeo Keoghy episcopo Clunfertensi ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro ill.mo d. d. Jacobo Cusacke, episcopo Midensi, q.s.u.m.
pro ill.mo ac rev. d. f. Marco Forstall [OSA], episcopo Kildariensi, q.s.u.m.
pro omnibus provincialibus et prioribus [in] ultramarinis

partibus nobis faventibus ac iuvenes nostros ad studia recipientibus, q.s.u.m.

pro rev.mo p. magistro fratre Christophoro de Rosario nostrae Magnae Brittaniae reginae a confessionibus et insigni nostro patrono, q.s.u.m.

pro excell.mo comite Clanrickardiae Guillielmo de Burgo huius nostrae provinciae singulari patrono eiusque comitissa, prole, totaque familia, q.s.u.m.

pro ill.mo d. Luca Dillon vicecomite et familia, q.s.u.m.

pro ill.mo d. vicecomite Dungan cum uxore et familia, q.s.u.m.

pro ill.mo d. Edwardo Bermingham, Barone de Athenrii, coniuge et familia, q.s.u.m.

pro nobilissimo d. Rogero O Sheaghnussy cum uxore, prole, et fratre d. Carolo O Sheaghnussy cum uxore et prole, q.s.u.m.

pro omnibus benefactoribus nostris in hoc regno degentibus, q.s.u.m.

## SUFFRAGIA PRO MORTUIS

pro animabus fratrum defunctorum ab ultimo capitulo, pro unoquoque eorum, quilibet s. u. m.

## NOMINA FRATRUM DEFUNCTORUM

r.a.p. magister f. Constantinus Kyffe.
r.a.p. magister f. Felix O Connor.
r.a.p. magister f. Franciscus French.
r.p.f. Thomas Higgin, sacrae theologiae praesentatus.
r.p.f. Thomas Hart.
r.p.f. Thomas Mahon.
r.p.f. Carolus Carroll.
r.p.f. Carolus Berne.
r.p.f. Joannes O Connor, procurator generalis.
r.p.f. Dominicus Fannin, missionarius apostolicus in Scotia.
r.p.f. Jacobus Dowdall, cum opinione virtutis.
r.p.f. Thadaeus Reilly.
r.p.f. Jacobus Flemming.

r.p.f. Lucas Cruise.
r.p.f. Terentius O Connor.
r.p.f. Edmundus Dexter.
r.p.f. Thomas Geraldinus.
r.p.f. Antonius Kennedy.
r.p.f. Michael Hogan.
r.p.f. Jacobus Coghlan.
r.p.f. Thadaeus McDonogh.
r.p.f. Rogerus Gwyne.
r.p.f. Andreas Kelly.
r.p.f. Thomas Farrell.
r.p.f. Patricius Gillafether.
r.p.f. Antonius Mac Donell.
r.p.f. Patricius O Duire.
r.p.f. Joannes Boe.
r.p.f. Guilielmus Kelly, pater antiquus.
r.p.f. Thomas Grady.
r.p.f. Jacobus Kean.
r.p.f. Patricius Kelly.
r.p.f. Thomas Fanny.
r.p.f. Walterus Stephens.
r.p.f. Marcus Barnawall.
r.p.f. Petrus Biragra.
r.p.f. Thadaeus Patricii.
f. Bernardus Cunigan, clericus.
f. Guilielmus de Burgo, clericus.
f. Raymundus Darcy, clericus.
f. Joannes Kelly, clericus.
f. Christopherus Welsh, clericus.
f. Michael Elcocke, clericus.
f. Patricius Heeny, conversus.
f. Patricius Brady, conversus.
f. Georgius Vandevadder, conversus.
f. Norbertus Mux, conversus.

Ubi sacerdotibus Missa imponitur pro praedictis tam vivis quam defunctis, clerici septem psalmos poenitentiales dicant, conversi vero Rosarium.

Praecipimus omnibus conventuum nostrorum prioribus seu praesidentibus ut acta huius capituli habeant legique faciant quater in anno, atque copiis horum actorum r. a. patris provincialis manu signatis fides adhibeatur.

Concedimus r.a.p. provinciali omnem nostram authoritatem circa omnia praemissa ut ea declarare, omnia denique et singula facere possit, quae nos insimul existentes possemus secundum quod eius prudentiae videbitur expedire.

Datum in conventu nostro Sanctae Mariae Roscomanensi die quarto Octobris anno 1682.

fr Thadaeus O Daly, praedicator generalis et prior provincialis.
fr Joannes Browne, sacrae theologiae praesentatus, prior Galviensis et primus diffinitor.
fr Joannes Reynolds, praedicator generalis, prior Dubliniensis et secundus diffinitor.
fr Jacobus Teeling, prior Pontanensis et tertius diffinitor.
fr Humbertus Delphin, praedicator generalis, prior Limericensis et quartus diffinitor.
fr Patricius Marshall, prior Kilkeniensis et secretarius capituli.

[paper seal of the province]

# 1685

*Acts of the provincial chapter held in the convent of Roscommon, 22 to 24 September 1685, to elect representatives to attend the general chapter due to be held in Rome at Pentecost, 1686 [ms. AGOP XIII. 68095].*

Acta capituli provincialis provinciae Hiberniae sacri ordinis praedicatorum celebrati in conventu nostro Sanctae Mariae Roscomanensi die vigesima secunda Septembris anno domini 1685 ad eligendum diffinitorem et electorem pro capitulo generali in festo Pentecostes proxime futuro Romae celebrando, sub r.a.p.f. Joanne Brown sacrae theologiae praesentato, priore provinciali, diffinientibus rr. a. pp. f. Michaele Fullam priore Dublinensi, f. Jacobo Teeliino priore Pontanensi, fratre Ignatio Lynch priore Athenriensi, et fratre Petro Kina priore Traliensi.

DENUNCIATIONES

1°. Denunciamus canonice electum fuisse in diffinitorem capituli generalis proxime futuri eximium p. mag. f. Guilielmum de Burgo priorem Borisulensem, et in electorem pro eodem capitulo r.p.f. Thomam Barry priorem Corcagiensem.

2°. Denunciamus, cum r.a.p. provincialis ob corporis et virium imbecillitatem Romam ire non possit, eius vices committi r.p.f. Thomae de Burgo priori conventuum Sanctorum Xisti et Clementis Romae.

3°. Denunciamus nominatos fuisse patres quos sibi a consiliis r.a.p. provincialis adhibeat:
in Conacia, r.a.p. mag. f. Ricardum Maddin, et r.p.f. Ignatium Lynch priorem Athenriensem;

pro Lagenia, r.p.f. Anthonium Roth sacrae theologiae praesentatum et priorem Kilkenniensem, et r.p.f. Patricium Marshall procuratorem provinciae et vicarium eiusdem nationis;

pro Momonia, r.a.p. mag. f. Thadeum Biragra, et r.p.f. Jacobum Arthurum praed. gen. et priorem Limericensem;

pro Ultonia, r.p.f. Christopherum Bath priorem Carlingfordensem et r.p.f. Jacobum Teeling priorem Pontanensem.

4°. Denunciamus r.p.f. Jacobum Arthurum fuisse institutum praedicatorem generalem a r.mo p. magistro generali f. Anthonio de Monroy, et prout talem pro conventu Limericensi declaramus; et r.p.f. Petrum French olim in Indiis institutum praedicatorem generalem a r.mo p. magistro generali, ut talem pro conventu Galviensi declaramus; et r.p.f. Felicem Dowell institutum s. theologiae praesentatum a r.mo p. magistro generali, ut talem declaramus.

## ORDINATIONES PRO CULTU DIVINO

1°. Ordinamus cum domum Dei deceat sanctitudo et nitor, quod in sacris vestibus, corporalibus, ac aliis ecclesiarum nostrarum ornamentis summa adhibeatur mundities, eaque omnia componantur sicut ordinarii nostri rubricae praescribunt.

2°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub formali praecepto, nec non sub poena absolutionis ab officio omnibus prioribus seu praesidentibus huius nostrae provinciae, ut in suis respectivis conventibus seu residentiis habeant sacrum oleum in loco decenti pro infirmorum unctione.

3°. Ordinamus et strictissime mandamus quod in quolibet conventu nostri ordinis huius provinciae divinum officium choraliter persolvatur, et quod finito completorio tertia saltim pars Sanctissimi Rosarii recitetur; et quod in quolibet

conventu liber in quo nomina confratrum scribantur habeatur; procuretur tabella indulgentiarum Sanctissimi Rosarii pro quolibet sacello. Denique ut praedicatores indulgentias praedicent et miracula narrent quibus fidelium devotio augeatur.

## ORDINATIONES PRO BONO REGIMINE

1°. Ordinamus et strictissime praecipimus singulis fratribus nostris, ut ill.mis ac r.mis dominis archiepiscopis, episcopis, ordinariis nec non r.dis dominis pastoribus debitam exhibeant reverentiam, in nullaque re eis praeiudicent, quinimo totis viribus nervose eis assistant, et quod nullus fratrum nostrorum sine expressa licentia ordinarii in scriptis binare audeat, seque illis in omnibus quae non obstant nostris privilegiis conforment.

2°. Ordinamus ad evitanda plura inconvenientia quod nullus prior recipiat aliquos novitios sine licentia r.a.p. provincialis, et hoc sub poena absolutionis ab officio ipso facto incurrenda; et nullo modo spurii seu illegitime nati recipiantur.

3°. Ordinamus quod priores et alii vocales, sine legittima causa r.a.p. provinciali intimanda, et ab eodem approbanda, a capitulis provincialibus remanentes, sint suo officio, et voce activa et passiva ipso facto privati, quoadusque per superiores restituantur.

4°. Ordinamus cum alium vivendi modum praeter mendicationem habeamus nullum, quod fratres nostri ab ultramarinis partibus reduces, cuiuscunque sint conditionis, ad quaestum pro suis conventibus faciendum, prout superiori videbitur, teneantur.

5°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub formali praecepto, nec non sub poena privationis activae et passivae vocis, ut nullus huius provinciae frater secreta ordinis, sive aliquid cedens in

damnum aut scandalum ordinis sive alicuius personae ordinis, ulli prorsus personae extra ordinem aut revelent aut communicent.

6°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, nec non sub formali praecepto, omnibus et singulis fratribus provinciae nostrae cuiuscunque conditionis aut officii existant, ut omnes pecunias quas communitatis vel ordinis intuitu acceperint sive acquisierint, statim praelato consignent; iisdemque sub eodem praecepto mandamus ut pecunias ad usum suum particularem receptas infra vigintiquatuor horas post redditum suum ad conventum priori seu praesidenti praesentent, qui eas mox in comuni deposito reponet, et ipsis pro suis occurrentibus necessitatibus libenter tradet. Aliter ex nunc pro tunc illas conventui applicamus. Priori vero seu praesidenti sub eodem praecepto et sub poena absolutionis ab officio mandamus et praecipimus ut non praesumat sine consensu talis fratris de pecuniis positis in deposito, etiam ad usum conventus disponere, neque frater ille sine praelati licentia quidpiam expendere.

7°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub formali praecepto omnibus patribus et fratribus nostri ordinis huius provinciae, ut omnia supellectilia aliaque bona nostrorum conventuum quae tempore persequutionis in secularium custodia deposuerant, quantocius ad conventum reducant.

8°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae et sub formali praecepto, ne aliquis religiosus nostri ordinis huius provinciae contrahat aliqua debita absque sui praelati licentia, et sub eodem praecepto praecipimus ne ullus nostrorum fratrum cautionem, fidem, aut sponsionem interponat pro debitis secularium, aut in mercibus emendis.

9°. Ordinamus et praecipimus sub poena gravioris culpae

incurrendae quod nullus fratrum nostrorum curam animarum suscipiat mediate vel immediate, per se vel per alium, absque r.a.p. provincialis licentia in scriptis; et contrarium faciens tanquam proprietarius habeatur, et utraque voce privatus declaretur.

10°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub formali praecepto, nec non sub poena absolutionis ab officio ipso facto incurrenda, ut cuiuslibet conventus prior sive praesidens annuatim solvat r.a.p. provinciali pro suo subsidio viginti solidos, prout hactenus fieri consuevit; socio vero quatuor solidos cum dimidio; et famulo unum: r.do autem p. procuratori provinciae pro litterarum expensis, sex solidos, et hoc saltim in actuali visitatione solvendum.

11°. Ordinamus et sub formali praecepto praecipimus prioribus seu praesidentibus conventuum, quod bona fratrum defunctorum ante distributionem fideliter in scriptis specificentur; et facta computatione tertia pars bonorum illorum applicetur pro anima fratris defuncti: et stricte mandamus ut proximiores conventus de obitu fratris defuncti quantocius certiores faciant.

## DECLARATIONES

1°. Declaramus causarum judices ad dirimendas decidendasque lites ortas vel oriundas circa limites conventuum institutos esse:

pro Conacia, r.p.f. Nicholaum Blake priorem Galviensem, et r.p.f. Dominicum Philbin, praed. gen. et priorem Stradensem.

pro Lagenia, r.p.f. Richardum Quidihy priorem Athiensem, et r.p.f. Thomam Nangle priorem Trimensem.

pro Ultonia, r.p.f. Petrum O Nealle priorem Villae Novae, et r.p.f. Thomam McDonnell priorem Gaulensem.

pro Momonia, r.p.f. Dominicum Flanagan priorem Lorhensem, et r.p.f. Petrum Lacy;

cum potestate plenaria iuridice citandi, audiendi, et diiudicandi alterutrum litigantium; et casu quo contingat deputatos iudices inter se altercari vel convenire non posse, vocent proximum seu viciniorem priorem, et quidquid inter se fecerint ratum habemus.

2°. Declaramus capitulum nostrum intermedium proxime futurum fore in conventu nostro Mullingarensi celebrandum die 23ª Augusti anno domini 1686.

## INSTITUTIONES

1°. Instituimus in praedicatorem generalem pro conventu Athenriensi r.p.f. Joannem Killikelly qui per octo iam annos laudabiliter praedicavit et fructuose:

pro conventu Stradensi, instituimus in praed. generalem r.p.f. Antonium Hugo qui etiam per octo annos diebus Dominicis et festi[vi]s praedicavit.

pro conventu Roscomanensi, instituimus in praed. generalem r.p.f. Michaelem O Connor qui etiam per octo annos praedicando in vinea Domini strenue laboravit.

pro conventu Portumnensi, instituimus r.p.f. Bartholomaeum O Heyne qui a novim annis laudabiliter praedicavit.

pro conventu Dublinensi, instituimus in praed. generalem r.p.f. Thomam Marshall qui Anglice ab undecim annis pro conversione acatholicorum magno cum fructu praedicavit.

pro conventu Kilkeniensi, r.p.f. Thomam Brenan qui a decim annis zelose praedicavit.

pro conventu Athyensi, r.p.f. Richardum Quidihy priorem eiusdem conventus qui per septem annos utiliter praedicavit.

pro conventu Rossensi, r.p.f. Michaelem Bergin priorem eiusdem conventus qui ab octo annis praedicavit.

pro conventu Yeoghelliae, r.p.f. Petrum Lacy qui per sex annos plausibiliter praedicavit.

pro Glanurensi, r.p.f. Constantinum Garvan priorem eiusdem conventus qui per octo annos utiliter praedicavit.

pro Killoacensi conventu, r.p.f. Nicholaum Roch qui per sex

annos laudabiliter praedicavit.

pro conventu Waterfordensi, r.p.f. Dominicum Langton priorem eiusdem conventus qui a quatuor annis fructuose concionatus est.

pro conventu Trimensi, r.p.f. Thomam Nangle priorem eiusdem conventus qui per sex annos fructuose praedicavit.

pro conventu Carlingfordensi, r.p.f. Jacobum Bath qui per octo annos utiliter concionatus est.

pro conventu Villae Novae, r.p.f. Petrum O Neall priorem eiusdem conventus qui a duodecim annis laudabiliter praedicavit.

pro conventu Derensi, r.p.f. Gregorium Nellum priorem eiusdem conventus qui per octo annos laudabiliter praedicavit.

Qui omnes videntur tres Quadragessimas ad minus aequivalenter praedicasse. Quapropter cum non sit possibile in hoc regno rigorosa merita a nostris constitutionibus requissita haberi posse; hic enim non est consuetudo integras Quadragessimas praedicare, sed tantum Dominicis et diebus festivis, et cum in tota nostra provincia sex tantum praedicatores generales superstites sint, rogamus r.mam p. vestram ut dignetur cum praenominatis dispensare eosque approbare.

## POSTULATIONES

1°. Vacantibus diversis magisteriis ad gradum magisterii titulo scholae promoveri postulamus r.p.f. Antonium Roth sacrae theologiae praesentatum qui duodecim annis in collegio Lovaniensi theologiam docuit,

et r.p.f. Gelasium Matheum sacrae theologiae praesentatum qui in eodem collegio per quatuordecim annos philosophiam et theologiam docuit,

et r.p.f. Geraldum Dillon sacrae theologiae praesentatum qui philosophiam et theologiam Ulyssiponae docuit,

et r.p.f. Balthazarem Gibbon sacrae theologiae praesentatum

qui in collegio Lovaniensi philosophiam et theologiam docuit,
et titulo praedicaturae promoveri postulamus ad gradum magisterii r.p.f. Thomam de Burgo qui in promovendo ordinem in hac provincia sedulo laboravit per multos annos.

2°. Vacantibus diversis praesentaturis, ad gradum praesentaturae promoveri postulamus:
r.p.f. Antonium Henegan qui Lovanii philosophiam docuit et magistrum studentium egit,
et r.p.f. Thomam Barry qui in Gallia philosophiam docuit,
et r.p.f. Carolum O Connor lectorem theologiae conventuum Sanctorum Xisti et Clementis Romae,
et r.p.f. Joannem O Heyne regentem secundarium collegii nostri Lovaniensis.

## COMMISSIONES

1°. Comittimus r.a.p. provinciali ut instituat vicarios nationum iuxta temporum exigentiam, eique omnem nostram authoritatem ad hoc damus.

2°. Comittimus r.a.p. provinciali ut curet in sua visitatione maximam modestiam observari a fratribus in iis quae secularibus scandalo esse possent.

## SUFFRAGIA PRO VIVIS

pro bono communi et universali statu sanctae Romanae ecclesiae, q.s.u.m.
pro S.mo D. nostro papa Innocentio Undecimo, q.s.u.m.
pro serenissimi regis nostri Jacobi incolumitate et felici regimine, q.s.u.m.
pro serenissimis reginis nostris Maria et Catharina, q.s.u.m.
pro emin.mo d.no cardinali ordinis nostri et regni protectore, q.s.u.m.
pro emin.mo principe cardinali [Howard] Norfolcia ex ordine

nostro assumpto, q.s.u.m.
pro r.mo p. nostro generali et sociis, q.s.u.m.
pro r.mo patre procuratore generali, et praelatis ex ordine nostro assumptis, q.s.u.m.
pro ill.mo ac r.mo d. f. Dominico McGuier totius Hiberniae primate ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro ill.mo ac r.mo d. f. Dominico de Burgo episcopo Elfinensi ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no Petro Creagh episcopo Corcagiensi, q.s.u.m.
pro omnibus provincialibus et prioribus nobis faventibus, ac juvenes nostros ad studia recipientibus, q.s.u.m.
pro r.mo p. mag. f. Christophoro de Rosario, q.s.u.m.
pro ex.mo d.no Guilielmo de Burgo comite Clanrickardiae huius nostrae provinciae insigni patrono, comitissa, prole, et familia, q.s.u.m.
pro ex.mo d.no Alexandro McDonnell, Comite de Antrim, eiusque comitissa prole et familia, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no vicecomite Dillon suisque, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no Eduardo Bermingham, Barone de Athenry, cum familia, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no Richardo Butler de Killcasse, eiusque familia, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no vicecomite Dungan eiusque familia, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no vicecomite de Formoy, q.s.u.m.
pro nob.ma et antiq.ma familia de O Connor, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no vicecomite de Castleconnell, q.s.u.m.
pro ex.mo d.no comite de Tyrconnell, q.s.u.m.
pro perillustri d.no Justino McCarty, q.s.u.m.
pro nobili d.no Anthonio Hamelton, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no vicecomite Brittas, q.s.u.m.
pro nobill.mo d.no Rogero Shaghnussye, uxore, prole, fratre, totaque familia, q.s.u.m.
pro nobill.ma familia O Farrellorum, q.s.u.m.
pro omnibus benefactoribus nostris, q.s.u.m.

## SUFFRAGIA PRO MORTUIS

pro ill.ma d.na Maria de Burgo, Baronissa de Athenry,

q.s.u.m.

pro animabus fratrum defunctorum a capitulo nostro Roscomanensi celebrato anno domini 1682, die 2ª. Octobris, pro unoquoque eorum, q.s.u.m.

## NOMINA FRATRUM DEFUNCTORUM

r.a.p.f. Thadaeus O Daly, praed. gen. et prior provincialis.
r.a.p. mag. f. Guilielmus de Burgo, olim provincialis bis huius provinciae.
r.p.f. Joannes Reynolds, praed. gen. et prior Dublinensis.
r.p.f. Clemens Bern, praed. gen. et pater antiquus.
r.p.f. Petrus Molledy, praed. gen.
r.p.f. Donatus McGragh, praed. gen.
r.p.f. Thadaeus Bern, pater antiquus.
r.p.f. Rogerus Brien, pater antiquus.
r.p.f. Petrus Nolanus.
r.p.f. Joannes Sulevan.
r.p.f. Dominicus Maddin, prior Portumnensis.
r.p.f. Petrus McGuier.
r.p.f. Antonius Moloy, pater antiquus.
r.p.f. Joannes Williams.
r.p.f. Jacobus Shiel.
r.p.f. Dominicus Farrell.
r.p.f. Christophorus Gualterus.
r.p.f. Arthurus Kyffe.
r.p.f. Edmundus Wale.
f. Petrus Daly, clericus.
f. Nicholaus Hallaron, clericus.
f. Eduardus O Connor, clericus.
f. Joannes Costello, clericus.
f. Petrus Clery, conversus.
r.p.f. Dominicus Dunevane.
f. Patricius Heeny, conversus.
f. Constantinus Ruorke, clericus.

Ubi sacerdotibus Missa imponitur pro supradictis tam vivis quam defunctis, clerici septem psalmos poenitentiales,

conversi vero Rossarium [sic] recitent.

Praecipimus omnibus conventuum nostrorum prioribus seu praesidentibus, ut acta huius capituli habeant, legique faciant quater in anno, atque copiis horum actorum r.a.p. provincialis manu signatis fides adhibeatur.

Concedimus r.a.p. provinciali omnem nostram authoritatem circa omnia praemissa, ut ea declarare, omnia denique et singula facere possit, quae nos insimul existentes possemus, secundum quod eius prudentiae videbitur expedire.

Datum in conventu nostro S.tae Mariae Roscomanensi die vigesimaquarta Septembris, anno domini millesimo, sexcentesimo, octuagesimo quinto.

f. Joannes Browne, prior provincialis ord. praed.
f. Michael Fullam, prior Dubliniensis, primus definitor.
f. Ignatius Lynch, prior conventus Athenriensis et secundus diffinitor.
f. Jacobus Tellinus, prior Pontanensis et tertius diffinitor.
f. Petrus Kina, prior Traliensis et quartus diffinitor.
f. Joannes Killikelly, secretarius capituli.

[wax seal of the province]

# 1686

*Acts of the intermediate provincial chapter held in the convent of Mullingar, 24 and 25 August 1686 [ms. AGOP XIII. 68095].*

Acta capituli intermedii provinciae Hiberniae sacri ordinis praedicatorum celebrati in conventu Mullingarensi die 24ª mensis Augusti, anno domini 1686, sub r.a.p.f. Joanne Brown sacrae theologiae praesentato, priore provinciali: definientibus rr. a. pp. f. Gelasio Mathaeo sacrae theologiae praesentato, priore Carlingfordiensi, f. Nicholao Blake priore Galviensi, f. Thoma Brennan priore Killkenniensi, et f. Dominico Kent priore Casselliensi.

## DENUNCIATIONES

1°. Denunciamus nominatos fuisse patres quos sibi a consiliis adhibeat r.a.p. provincialis:

in Conacia, r.a.p. mag. f. Guilielmum de Burgo priorem Stradensem, et r.p.f. Ignatium Lynch priorem Athenriensem.

in Lagenia, r.p.f. Patricium Heggerty praed. gen., priorem Dubliniensem, et r.p.f. Thomam Brennan priorem Killkenniensem.

in Ultonia, r.p.f. Gelasium Mathaeum sacrae theologiae praesentatum, priorem Carlingfordiensem, et r.p.f. Petrum O Nealle priorem Villae Novae.

in Momonia, r.p.f. Jacobum Arthurum praed. gen., priorem Limericensem, et r.p.f. Felicianum Burgatt priorem Killoacensem.

2°. Denunciamus illustrissimum ac reverendissimum dominum f. Dominicum McGuier, archiepiscopum Armacanum et totius Hiberniae primatem, ex nostro ordine assumptum, electum fuisse in iudicem conservatorem nostri

ordinis in provincia Ultoniae, et illustrissimum ac reverendissimum dominum f. Dominicum de Burgo, episcopum Elfinensem ex nostro ordine assumptum, in provincia Conaciae, et illustrissimum d. dominum Petrum Creagh episcopum Corcagiensem in provincia Momoniae, et illustrissimum d. dominum Lucam Wadding episcopum Fernensem in provincia Lageniae.

## ORDINATIONES PRO CULTO DIVINO

1°. Ordinamus quod in omnibus pertinentibus ad altare summa mundities observetur.

2°. Ordinamus quod in omnibus et singulis conventibus nostri ordinis huius provinciae erigatur confraternitas SS.mi Rosarii B.mae V. Mariae, et SS.mi Nominis Jesu, conenturque praedicatores nostri in quantum possunt has confraternitates in suis concionibus promovere.

3°. Ordinamus quod in singulis conventibus assignent priores seu praesidentes, patribus sacerdotibus certam horam in qua Missam celebrent; in assignanda autem hora accomodent se devotione populi.

4°. Ordinamus et sub formali praecepto praecipimus quod nullus prior huius provinciae recipiat novitios sine speciali licentia r.a.p. provincialis, caveantque a receptione spurii sive illegittime nati.

5°. Ordinamus quod cum rigor persecutionum cessaverit, ut quilibet frater nostri ordinis habitum sibi procuret, eumque intra septa monasterii sui seu residentiae geret.

6°. Ordinamus quod in singulis conventibus sacrum oleum in decenti loco servetur pro unctione infirmorum.

## ORDINATIONES PRO BONO REGIMINE

1°. Ordinamus et praecipimus singulis patribus et fratribus nostri ordinis huius provinciae ut ill.mis d.nis archiepiscopis, episcopis, necnon rr. a. d.nis pastoribus, debitam exhibeant reverentiam, in nullaque re eis praeiudicent, imo totis viribus eis assistant.

2°. Ordinamus iuxta decretum S. Cong. cardinalium nuper editum, quod nullus fratrum nostrorum sine expressa licentia ordinarii binare audeat, seque ipsis conforment in omnibus quae non obstant nostris privilegiis.

3°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, et sub formali praecepto, nec non sub poena privationis activae ac passivae vocis, ut nullus huius provinciae frater secreta ordinis, sive aliquid cedens in damnum aut scandalum ordinis, sive alicuius personae ordinis, ulli prorsus personae extra ordinem aut revelet aut communicet.

4°. Ordinamus, et sub formali praecepto praecipimus ut nullus fratrum nostrorum curam animarum in se suscipiat absque licentia r.a.p. provincialis in scriptis.

5°. Ordinamus et sub formali praecepto praecipimus ut cuiuslibet conventus prior sive praesidens annuatim solvat r.a.p. provinciali pro suo subsidio viginti solidos ut hactenus fieri consuevit, socio vero quatuor solidos cum dimidio, famulo autem unum, et p. procuratori provinciae pro litterarum expensis sex solidos, et hoc in actuali saltim visitatione solvendum.

6°. Ordinamus et sub formali praecepto praecipimus prioribus seu praesidentibus nostrorum conventuum ut bona fratrum defunctorum ante distributionem fideliter in scriptis specificentur, et facta computatione tertia pars bonorum

illorum applicetur pro anima fratris defuncti, et stricte mandamus ut proximiores conventus de obitu fratris defuncti certiores quantocius faciant.

7°. Ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae et sub formali praecepto ut nulli vocales sine legittima causa r.a.p. provinciali intimanda, et ab eodem approbanda, a capitulis provincialibus remaneant, et remanentes sint suo officio et voce activa et passiva privati, quoadusque per superiores ad illud restituantur.

8°. Ordinamus et strictissime mandamus quod quilibet sacerdos nostri ordinis celebret tres Missas pro quolibet fratre nostro defuncto; alii autem fratres qui non sunt sacerdotes septem psalmos poenitentiales tribus vicibus, et conversi totidem vicibus Rosarium dicant.

9°. Ordinamus quod post vesperas in quolibet conventu nostrae provinciae dicatur psalmus *Exaudiat te Dominus,* cum vers[iculo] *Domine salvum fac regem,* et oratione assueta pro longaeva incolumitate serenissimi regis nostri Jacobi Secundi, utriusque reginae Mariae et Catharinae: insuper in sacro quilibet sacerdos dicat ultimam collectam ad eandem intentionem, et finito sacro populum pro eis orare faciant.

DECLARATIONES

1°. Declaramus causarum iudices ad dirimendas decidendasque lites ortas vel oriundas circa limites conventuum institutos fuisse;

pro Conacia, r.a.p. mag. f. Guilielmum de Burgo priorem Stradensem, et r.p.f. Thomam de Burgo.

pro Lagenia, r.p.f. Patricium Heggerty praed. gen., priorem Dubliniensem, et r.p.f. Ricardum Quidihy priorem Athiensem.

pro Momonia, r.p.f. Joannem Morphy priorem Corcagiensem, et r.p.f. Petrum Lacy.

pro Ultonia, r.p.f. Dominicum Dogherty priorem Derensem, et

r.p.f. Dominicum Moony priorem Culrahanensem; cum potestate plenaria iuridice citandi, audiendi, ac diiudicandi alterutrum litigantium, et casu quo contingat deputatos iudices inter se altercari, aut convenire non posse, vocent proximum seu viciniorem priorem, et quidquid inter se fecerint ratum habeamus.

2°. Declaramus capitulum nostrum provinciale proxime futurum in conventu nostro Lorhensi fore celebrandum die 22ª mensis Augusti, anno domini 1688.

## COMMISSIONES

1°. Committimus r.a.p. provinciali ut curet in sua visitatione maximam modestiam observari a fratribus in iis quae secularibus scandalo esse possunt.

2°. Committimus r.a.p. provinciali ut instituat vicarios nationum iuxta temporum exigentiam, eique ad hoc omnem nostram authoritatem damus.

## SUFFRAGIA PRO VIVIS

pro communi statu sanctae Romanae ecclesiae, quilibet sacerdos unam Missam celebret.

pro Ill.mo D. nostro papa Innocentio XI, q.s.u.m.

pro serenissimi regis nostri Jacobi incolumitate et felici regimine, q.s.u.m.

pro serenissimis reginis nostris Maria et Catharina, q.s.u.m.

pro eminentissimo d. domino cardinali regni protectore, q.s.u.m.

pro eminentissimo d. domino principe cardinali Norfolciae, q.s.u.m.

pro rev.mo p. nostro generali, eiusque sociis, q.s.u.m.

pro rev.mo p. procuratore generali, et prelatis ex ordine nostro assumptis, q.s.u.m.

pro ill.mo ac rev.mo d.no f. Dominico McGuier totius Hiberniae primate, ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.

pro ill.mo ac rev.mo d. f. Dominico de Burgo episcopo Elfinensi, ex ordine nostro assumpto, q.s.u.m.
pro ill.mo d. domino Petro Creagh episcopo Corcagiensi, q.s.u.m.
pro ill.mo d. domino Luca Wadding episcopo Fernensi, q.s.u.m.
pro omnibus provincialibus et prioribus in ultra marinis partibus iuvenes nostros ad studia recipientibus, q.s.u.m.
pro rev.mo p. mag. f. Christofero de Rossario serenissimae reginae Catharinae confessario, q.s.u.m.
pro excell.mo d.no Guilielmo de Burgo comite de Clanricardia, eius comitissa et prole, q.s.u.m.
pro excell.mo d.no Alexandro McDonnell comite de Antrim, eius comitissa et prole, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no Ricardo Talbott comite de Tyreconnell, eiusque familia, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Guilielmo Dongan comite de Limerick, q.s.u.m.
pro ill.mo vicecomite Dillon et suis, q.s.u.m.
pro ill.mo d. Eduardo Bermingham, Barone de Athenry, q.s.u.m.
pro ill.mo d. vicecomite de Brittas, q.s.u.m.
pro perillustri d. Richardo Butler de Killkassh, q.s.u.m.
pro ill.mo d. vicecomite Petro Butler de Dunboin, q.s.u.m.
pro perillustri d.no Justino McCarthy, q.s.u.m.
pro nobilissimo d. Rogero Shaghnussie, eius coniuge, prole cum fratre totaque familia, q.s.u.m.
pro perillustri d.no Guilielmo Talbott, et vicecomitissa Dillon, eius uxore, q.s.u.m.
pro ill.mo d.no vicecomite de Ossery, q.s.u.m.

## SUFFRAGIA PRO MORTUIS

pro amplissimo d. domino Gregorio Joyce canonico ecclesiae SS.m Michaelis et Gudulae, Bruxellis, insigni nostro benefactore, ac conventus nostri Lovaniensis patrono, q.s.u.m.
